

gubernent. Eodem ergo modo in vita spiritualis res se habet; primo requiritur regeneratio, quæ fit per Baptismum; secundo augmentatio, seu roboratio, quæ fit per Confirmationem; tertio nutritio spiritualis, quæ fit per Eucharistiam; quarto remedium contra morbum peccati, quod fit per Pœnitentiam; quinto remedium contra reliquias peccatorum, quod per extremam Unctionem habetur; sexto ex parte Reipublicæ Matrimonium, quo licite propagantur homines ad cultum Dei deputati; septimo tandem institutum est Ordinis Sacramentum pro recta Ecclesiæ gubernatione; & hæc totam congruentiæ rationem clare expressit quoque Concilium Florentinum his formalibus verbis: Per Baptismum spiritualiter renascimur; per Confirmationem augeamur in gratia, roboramur in fide; renati autem, & roborati nutrimur divina Eucharistia alimonia; quod si per peccatum ægritudinem incurrimus, spiritualiter per Pœnitentiam sanamur; spiritualiter etiam, & corporaliter, prout expediat animæ, per Extremam Unctionem; per Ordinem verò Ecclesiæ gubernatur, & multiplicatur spiritualiter per Matrimonium tandem corporaliter augetur. Hæc autem aduertendum est, quod licet Concil. Florent. & Trident. definitum sit septem tantum esse Ecclesiæ Sacramenta, non tamen definitum sit singula dicere speciem ultimam, & infimam, sed reliquerunt Scholasticis disputandum, præsertim de Sacramento Ordinis, & Eucharistiæ, ut lib. 4. sent. jam discussum est in propriis horum Sacramentorum disputationibus.

55 Tertio, si Sancti Patres aliquando alios ritus, vel ceremonias Sacramenta vocant; non loquuntur in propria, sed in lata significatione, ut communiter Doctores docent, qui etiam ad hoc recte intelligendum aduertunt ad conficienda Sacramenta adimpletum ritum requiri, unum essentialem, qui est de necessitate Sacramenti, & alium accidentalem, qui est tantum de necessitate præcepti; ad ritum essentialem Sacramenti requiritur materia, & forma, & intentio Ministræ; ad ritum verò accidentalem certæ ceremoniæ requiruntur ex Ecclesiæ institutione, seu actiones externæ, & religiøsæ, quibus Sacramenta licite, & ordinate ministrantur juxta Ecclesiæ præscriptum. Circa quod conveniunt Doctores, quod Sacramenta, nec licite, nec valide administrantur sine ritu essentiali, & ratio deducitur ex proximè dictis, quia ritus essentialis consistit in materia, & forma, & debita intentione Ministræ; Sacramenta autem altero istorum deficiente, non valide administrantur, cum Sacramenta his ritibus perficiantur, ut constat ex superius dictis, sine ritu autem accidentali, quamvis valide administrantur, non tamen licite, quia tenemur nos accommodare ritibus Ecclesiæ in Sacramentorum administratione, ut constat apud omnes, ac prout variè ritus, & ceremonias Ecclesiæ est peccatum mortale ex genere suo contra Religionem, nisi quis ob levitatem materiam mortali excusetur, qualis videtur esse, si quis lingua vulgari baptizet, & non latino idiomate absque necessitate, & ratio est, quia peccatum contra Religionem, qualis est variatio rituum, & ceremoniarum ab Ecclesiâ præscriptarum, est mortale, posita gravitate materiam, tum quia ritus à Summo Pontifice præscripti neque per alios Prælatos, Summo Pontifici inferiores, mutari possunt, quia inferior legem superioris abrogare non potest. Possent tamen Episcopi in sua Diocesi ritus mutare, qui à Summo Pontifice præscripti non fuerunt, siquidem in potestate Episcopi est ea facere, quæ ad rectum Ecclesiæ sine regimine pertinent, dummodo à Summo Pontifice non impediantur. Ita Suarez, Valentia, Henriquez, Reginaldus, Lessius, Azorius, Caspenus, Becanus, Averfa, Bonacini, & alii passim.

57 Quarto, quod spectat ad ordinem, quem inter se Sacramenta tenent, docent etiam præfati Doctores multiplicem ordinem inter Sacramenta considerari posse. Primus est ordo numerationis, seu connexionis, quo superius enumerata sunt ex Concil. Florent. & Trident. ut primum locum obtineat Baptismus, secundum Confirmationem, tertium Eucharistia, quartum Pœnitentia, quintum Extrema Unctio, sextum Ordo, & septimum Matrimonium, cujus ordinis ratio sumitur præcipue ex analogia illa, & proportione vitæ spiritualis ad corporalem. Secundus est ordo dignitatis, & perfectionis, quo aliquod sit aliis dignius, & excellentius, & juxta hunc ordinem omnium dignissimum, & præstantissimum est Eucharistia Sacramentum, ut supra diximus ar. 1. hujus quest. 2. num. 24. ex Trident. sess. cap. 7. cap. 1. & seq. & ratio hujus præminentie est, quia hoc Sacramentum continet realiter, & substantialiter Christum ipsum sub speciebus Eucharisticis, secundum dignitatis locum obtinet Sacramentum Ordinis, tertium Confirmatio, quartum Baptismus; quintum Extrema Unctio, sextum Pœnitentia, & septimum Matrimonium, quod etiam infirmat Trident. loc. c. Tertius est ordo executionis, sive susceptionis, & sic ante omnia suscipitur Baptismus, & primum locum obtinet, quia ip-

se est janua omnium Sacramentorum, ita ut alia Sacramenta invalde suscipiantur nondum suscepto Baptismo, secundum suscipi solet Confirmatio, quamvis non de necessitate, sed de congruentia, tertio per se loquendo sequitur Eucharistia, & dicitur per se, quia per accidens, si nimirum interponatur peccatum mortale impedimentum, tunc mediare debet Sacramentum Pœnitentiæ, unde ut observat Averfa qu. 65. sect. 2. hic mos in Ecclesiâ servatur, ut adulti qui baptizantur, statim confirmantur, & ad sumendam Eucharistiam admittantur, sed quia filii ex parentibus fidelibus orti statim in infantili ætate baptizantur, & non nisi per plures annos ad communionem admittuntur, & interim ex humana fragilitate peccata contingunt, idcirco inter fideles Pœnitentiæ Sacramentum functionem Eucharistiæ præcedere solet. Tandem sequitur Extrema Unctio, que reliquias peccatorum abstergit, & ad finalem præparationem disponit, ut ait Scotus l. c. & hæc sunt quinque Sacramenta, quæ singulas personas respiciunt, & per se in eodem suscipiente ordinem habent, inter Sacramenta verò Ordinis, & Matrimonii hic susceptionis ordo non reperitur, quia non per se in eodem subiecto junguntur, sed merè per accidens, quatenus contingere potest, ut conjugatus decedente, aut contentiente uxore promoveatur ad ordines, vel antea ordinatus in minoribus, postea Matrimonium contrahat.

57 Denique quartus, & ultimus est ordo necessitatis, quo scilicet, unum Sacramentum præ aliis est necessarium, & hunc ordinem respiciendo primum locum tenet Baptismus, deinde Pœnitentia, quia nullus salvari potest sine baptismo, vel etiam sine pœnitentia post lapsum in peccatum, tertium locum obtinet Ordo, qui respectu totius Ecclesiæ est necessarius. Alia verò quatuor Sacramenta dicuntur necessaria ad melius esse, Confirmatio post Baptismum, Eucharistia, & Extrema Unctio post Pœnitentiam, Matrimonium ad fidelium multiplicationem, sed de hæc Sacramentorum necessitate distinctius agemus articulo seq. Addit Averfa loc. c. ordinem quoque tractationis, & doctrinæ, quia in declarandis, & considerandis singulis Sacramentis non omnes eundem ordinem servant; hic autem ordo docet in tractatu de Sacramentis præsertim ex natura rei postulare videtur, ut initium a baptismo desumatur, utpote qui est janua omnium Sacramentorum, & Sacramentum pertinens ad generationem spirituales animarum, & finem æternitatis in Sacramento Extremæ Unctionis, ut potèe pertinet ad finalem præparationem, hoc enim est Sacramentum, ut inquit Scot. loc. cit. quo æxiens finaliter preparatur, quia vita ista spiritualis quedam via est ordinis, ut bene vivens in ea, de ipsa sine impedimento transeat ad aliam, pro qua præparatur.

ARTICULUS SECUNDUS.

An omnia Sacramenta sint ad salutem necessaria, & quomodo.

58 Primum conveniunt DD. fuisse aliquo modo necessarium ad salutem hominis viatoris Sacramenta institui; non quidem simpliciter, & absolute, sed ad melius esse, & faciliorem illis consecutionem, & quidem quod Sacramentorum institutio non fuerit simpliciter, & absolute necessaria ex inde probatur, quia virtus infinita Dei non est Sacramentis alligata, ut communiter Theologi dicunt. Deus enim libere Sacramenta instituit ad nostram justificationem, & salutem, siquidem alio modo poterat, & sine Sacramentis hominem salvare, poterat enim instituire, ut per solos actus ex opere operantis homines salvarentur; fuit tamen necessarium ad melius esse, & faciliorem salutis consecutionem, quia multo melius, & utilius fuit Sacramenta instituire, præsertim propter par vulos, & infantes, qui cum actu proprio justificari non possent, optime illi is provium est, ut per aliquod externum remedium eis applicandum, & ex opere operato justificari possent ab originali, atque salvari, & hoc etiam multo melius, & utilius fuit propter adultos, ut abundantior, & uberior per Sacramenta gratiam recipient, & cum majori certitudine justificarent. Hinc deducitur Sacramenta esse necessaria solum ex suppositione, seu supposito Christi institutione, quantum ad usum, & exercitium, quia nimirum instituta sunt à Christo tanquam media, & remedia, sine quibus homo justificari, & salvari non potest, quod intelligendum est indefinite, id est, non de omnibus, & singulis Sacramentis, sed absolute, & in genere, sicque intellecta propositio est de fide, ut habetur in Concil. Trid. sess. 7. can. 4.

59 Secundum ad hoc melius, & distinctius intelligendum duplicem solent Theologi præsertim Recentiores distinguere necessitatem respectu salutis, seu vitæ æternæ, unam mediæ, alteram præcepti, ut diximus disp. 2. cit. de Sacramentis in genere, qu. 10. art. 3. illud dicitur necessarium necessitate mediæ juxta po-

poterem modum explicandi utramque necessitatem, quod est omnino per se necessarium ad gloriæ consecutionem, ideoque ab antiquioribus Theologis necessarium simpliciter appellabatur; sic status gratiæ dicitur necessarius ad gloriæ consequendam, gratiam enim justificans secundum legem Dei ordinariam est medium necessarium ad consequendam beatitudinem, quantum sine illa de lege Dei ordinaria nullo modo obtineri potest, quare illud dicitur necessarium necessitate mediæ, quo prætermissio, etiam si ex ignorantia, vel oblivione prætermittatur, salus non obtinetur juxta legem Dei ordinariam. Necessarium verò necessitate præcepti solum est necessarium quasi per accidens, quia tantum se habet, ut removens prohibens, quatenus, scilicet, præceptum implendo tollitur peccatum, quod ex tali transgressione committeretur, & gloriæ consecutionem impedire poterat destruyendo statum gratiæ, qui est simpliciter ad eam necessarius; unde quod est necessarium hoc secundum modum dumtaxat, cum sit solum quasi per accidens necessarium, si prætermittatur ob ignorantiam, vel impotentiam, non impedit gloriæ consecutionem, quia in tali casu ad culpam non imputatur; unde quia jejuniū solum est necessarium necessitate præcepti, si quis impotentiam non sequitur, vel ob ignorantiam præcepti inculpabilem excusabitur a peccato, ac proinde jejuniū omnino gloriæ consecutionem non impedit. Hujus autem duplicis necessitatis distinctio, licet quibusdam ex nostris non placeat sine ullo fundamento, ut loco citato ex professo ostendimus; est omnino necessaria ad discernendum, quantum Sacramentum sine necessaria ad salutem necessitate mediæ, & quæ locum sint necessaria necessitate præcepti, ut mox explicabimus.

60 Tertio præmissa hæc doctrina pro terminorum declaratione, & modo loquendi, dicendum est cum Scoto pluribus in locis, quodam Sacramenta esse simpliciter necessaria juxta modum loquendi veterum Scholasticorum, vel esse necessaria necessitate mediæ juxta modum loquendi Recentiorum, ut Baptismus; quædam verò esse eodem modo necessaria, non tamen omnibus, ut Pœnitentia, quæ solis adultis peccatoribus est necessaria; nam Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ ad primam gratiam conferendam sunt instituta; Baptismus quidem simpliciter respectu omnium pro culpa originali delenda, Sacramentum verò Pœnitentiæ pro actuali delenda in adultis, si post baptismum susceptum illos peccare contingat; sed gloria haberi nequit sine prima gratia; ergo hæc duo Sacramenta sunt necessaria simpliciter, seu necessitate mediæ præfato modo explicata. Dices, si quis ante susceptum baptismum actum contritionis elicentis, aut dilectionis Dei super omnia moriatur, salvabitur; & idem dicendum de eo, qui post baptismum susceptum peccasset; ergo hæc Sacramenta non sunt simpliciter necessaria, seu necessitate mediæ. Hæc instantia jam occurrit l. cit. nu. 366. istos in prædictis casibus salvari, quia prædicta Sacramenta habent in voto, & desiderio suscipiendi, quia suscipiunt de facto, si possent, ita etiam disposuit suavis Dei providentia, ut cum prædicta duo Sacramenta sint simpliciter necessaria; quando nequeunt suscipi in re, sufficiunt in voto, vel in aliquo æquivalente, si votum non habet locum, ut in parvulo, cui sufficit martyrium, si baptismum suscipere nequit, quod baptismus sanguinis dici solet. Dices tursus, non minus contritione, ut sit medium justificans, involvit votum restituendi, & quodcumque aliud præceptum adimplendi; quænam baptismum recipiendi; ergo si necessarium necessitate mediæ est id, quod in re, vel in voto ad justificationem requiritur; non minus restitutio, jejuniū, quam Baptismus, & Pœnitentia erunt necessaria necessitate mediæ. Respondimus est ibid. num. 367. negando consequentiam, quia licet ad illud, quod dicitur necessarium necessitate mediæ requiritur, quod sine ipso, vel in re, vel in voto salus obtineri non possit; hoc tamen non sufficit, sed ulterius requiritur, quod per se, & positive in justificationem infirmat modum jam supra explicatum n. 59. & non tantum per accidens, sed per modum removens prohibentis, quod in proposito de restitutione, & jejuniis, & aliis præscriptis minime verificatur, sicut enim restitutio in re, vel jejuniū non concurrunt ad justificationem, ut medium positive influens, sed tantum ut removens prohibens, nempè peccatum, quod ex transgressione præcepti restitutionis, vel jejuniis contraheretur; ita neque vo-

tum ejus positive concurrerit, sive ut modicum quoad justificationem.

61 Quarto quedam Sacramenta sunt toti Ecclesiæ communitati simpliciter necessaria vagè non determinando personas, & talia sunt Sacramenta Ordinis, & Matrimonii. Ratio est, quia nequeunt homines salutem consequi, nisi aliqua Sacramenta, recipiant, hæc autem nequeunt confici, & ministrari, nisi à Sacerdotibus, & personis Deo sacratis; ergo simpliciter necessarium est Ordinis Sacramentum, per quod homines sunt Dei Ministri vagè tamen, & indefinite, ita ut aliqui ex tota communitate debeat Sacramenta illa conficere, & ministrare. Sic etiam de Sacramento Matrimonii dicendum est servata proportione, quia in tota Ecclesiâ propagatio humani generis est necessaria, pro qua etiam extat præceptum naturalis; contractus autem Matrimonii in lege nova ad esse Sacramenti à Christo est elevatus, ergo etiam Sacramentum Matrimonii est simpliciter necessarium in Ecclesiâ Dei vagè, & indefinite, ita ut aliqui ex tota Communitate illud Sacramentum sumere debeant, licet nullus in particulari teneatur, & plura adhuc de convenientia, & necessitate horum Sacramentorum in sequentibus dicenda sunt, & maxime in speciali tractando de singulis, quare in præfatis solum advertere sufficit, quod licet Ordo, & Matrimonium ad bonum commune totius Ecclesiæ maxime requirantur, & necessaria sint, ad salutem tamen uniuscujusque fidelium nullam neque mediæ, neque præcepti necessitatem inferunt.

62 Quinto Eucharistiæ Sacramentum est necessarium dumtaxat necessitate præcepti, ut constat ex Trid. sess. 13. can. 9. ubi damnatur quicumque dixerit homines non teneri ex præcepto Sanctæ Ecclesiæ in festis Paschalis communicari statim ac ad usum rationis pervenerint; est tamen aliqua inter Theologos dissensio, an præceptum de Eucharistia iudicanda sit Ecclesiasticum tantum, an etiam divinum, & hoc secundum valde probabiliter videtur, ut diximus l. c. num. 370. & expressè tenet Scot. 4. d. 13. qu. 3. quia Christus Joan. 6. aperte dixit se velle sumi Eucharistia à quolibet Christiano verbis illis *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis*, ubi loquitur Christus de manducatione, & potatione veræ, reali, & Sacramentali, & cum non loquatur de necessitate mediæ, quia hoc est Sacramentum vivorum, sequitur quod de necessitate præcepti sit intelligendum. Ecclesiæ verò tantum præscripsit tempus, in quo fideles communicari debent semel in anno, scilicet, in festo Paschatis, ut dictum est supra disp. 12. de præceptis Ecclesiæ q. 2. a. 3. Dices hoc Sacramentum esse necessarium etiam necessitate mediæ, & simpliciter, quia sicut se habet cibus corporalis, & materialis ad vitam corporalem, ita panis Eucharisticus ad vitam spirituales; sed cibus corporalis est simpliciter necessarius ad vitam corporalem, ergo spiritualis est vitam spirituales.

Respond. ex dictis q. 10. c. ar. 3. in fine Eucharistiam non comparari cibo materiali quoad necessitatem vitæ simpliciter, alioquin in omni ætate, & tempore sumenda esse, quod tamen Ecclesiâ prohibet; sed tantum quoad augmentum vitæ, & ejus conservationem; quare cum hic cibus spiritualis ad alendam vitam gratiæ spirituales ordinatur, quæ non nisi per actionem malam deperditur, quæ sit libera, non erit necessarius simpliciter, sicut cibus materialis ad vitam corporalem, unde paritas assumpta non contrit in omnibus, ut argumentum supponit.

63 Postremo communis etiam sententia docet Sacramenta Confirmationis, & extremæ Unctionis non esse necessaria necessitate mediæ, neque præcepti, ut etiam diximus l. c. Ratio est, quia cum sint Sacramenta vivorum, & instituta ad dandam secundam gratiam, seu gratiæ augmentum aperte deducitur non esse necessaria necessitate mediæ, quia augmentum gratiæ non est medium ad salutem simpliciter necessarium, cum sine illo salus haberi possit. Neque etiam sunt necessaria necessitate præcepti, ut ait Scot. 4. d. 7. qu. 2. quia de illis nullum extat præceptum, sed solum obligant ad non contemnendum, quare ad summum dici possunt necessaria necessitate secundum quid, hoc est utilia, cum enim per ipsa conferatur gratia, & sint instituta ad particularem finem in salutem hominis viatoris, non est dubitandum, quin sint maxime utilia, & proficua ad eandem salutem obtinendam, ut infra suis locis explicabatur.

passus Passionem, ut Scot. docet 4. d. 3. qu. 4. quem sequuntur non solum Scoti, sed etiam Recentiores omnes ibi citati, & probat ex ipsa Evangelica narratione Io. 3. ubi cum expressè legatur, Christum ante suam Passionem per discipulos baptizasse, nulla est ratio negandi, Baptismum fuisse ante ejus passionem institutum. Nec valet expositio quorundam Patrum, qui bap-

tizantes non dedisse illum baptismum, qui est novæ legis Sacramentum; sed vel eundem quem dabat Ioan. Baptista, vel alium qui esset solum figura, & quasi inchoatio Baptismi à Christo instituti. Non valet, inquam, qui ait Doctor l. c. cum Augusti. ca. 118. videntes discipuli Joannis discipulos Christi baptizantes, quod aut sint baptizati; si autem baptizarent Baptismo Joannis, nullam habuissent causam querere, quod Apostoli baptizarent Baptismo Christi ergo Apostoli non dabant baptismum Joannis, sed alium omnino diversum à Christo institutum, quam Scoti rationem late profectur Suarez disp. 1. §. Sect. 1. Nec etiam bene dicitur illum Baptismum fuisse quidem à Christo institutum ante passionem, non tantquam verum Sacramentum, sed solum tantquam figuram, & veluti inchoationem Baptismi postea instituti. Non enim conveniens erat, ut Christus ipse, in cuius adventu umbra, & figuræ cessare debeant, uteretur Baptismo, qui esset solum umbra, & figura veri Sacramenti, quia Baptismus ille dabatur in Spiritu Sancto, ut ipse Jo. Baptista attestatur; ergo gratiam conferebat, & verum erat Sacramentum. Ita discurremus loc. cit.

10. Secundo, licet certum sit Baptismum fuisse à Christo Domino institutum ante ipsius mortem, & passionem addit tamen Scot. loc. cit. ex Scriptura assignari non posse certum, ac determinatum tempus, quod ante ejus mortem fuerit institutum quod probat rejecit singulos dicendi modos. Quod enim, committeret dici solet ex D. Thom. q. 66. art. 32. fuisse proprie institutum, quando Christus in Jordane à Joanne baptizatus est, non sufficiens probat, quia Christus Dominus non fuit baptizatus Baptismo suo, sed Baptismo Joannis, bene tamen ait Doctor, tunc aquam dedicavit ex contactu sui mundissimæ carnis, tamquam sui Baptismi materiam idoneam, ut docet mundandi volens, sed mandare aquam, ut abluitur per Christi carnem, quæ peccatum non cognovit, baptismatis sui habens; quod quidem non in uno sensu intelligendum est, ut l. c. diximus, quasi contactu sui carnis tunc Christus aliquam virtutem mundandi communicaverit aquis, sed illa sanctificatio aliud non fuit, nisi ordinatio, scilicet designatio qua Christus ordinavit, & dedicavit aquam, tamquam sui baptismi idoneam materiam. Neque etiam rectè dici potest institutum fuisse per verba illa Nicæno dicta Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. quoniam generale præceptum omnibus necessarium, & solemne, quale est Baptismi Sacramentum, decess non erat institui coram privata persona; & eo vel maxime, quia per Nicænum talis Baptismi institutio promulganda non erat; quare conclusit Doctor, quod licet institutum Baptismi fuerit facta ante mortem Christi tempus tamen præcisi, & determinatum in Evangelio non legitur, & eodem modo discarrit etiam D. Bonav. 4. d. 3. qu. 1. dum ait, quod Christus non solum instituit Baptismum, sed etiam insinnavit, antequam insinueret, ac denique institutum illum stabilivit, & approbavit; insinnavit quidem quando fuit à Joanne in Jordane baptizatus; insinuit vero, quando ipse, & discipuli eius baptizabant; confirmavit denique, & approbavit post resurrectionem, quando dixit Apostolis Mat. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Varias responsiones, & objectiones Vasquez, & aliorum vide præclusas, & solutas l. c.

11. Tertiò, quod præcat ad aliam quasi partem, quando, scilicet, Baptismus ceperit esse sub præcepto, inquit Doctor l. c. non statim ac fuit institutus, expellit esse sub præcepto quod probat, quia licet ante mortem Christi fuerit institutus, non fuit tamen hominibus tunc propositus, ut medium ad salutem necessarium, quia præceptum ejus, non fuit eo tempore datum, neque enim nobis traditum est, nec scriptum ante Christi mortem, & resurrectionem, sed post, cum dixit Matth. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. & quamvis antea Nicæno dixerit, Nisi quis renatus fuerit, &c. non est verisimile, Baptismum ab eo tempore fuisse necessarium, quo Christus hæc verba protulit, quia illa non protulit tantquam legem habens; cum quia illis verbis minime Christus indicavit, quod iam tunc necessarium esset ad salutem, sed quod tempore suo futurum erat necessarium; unde verba illa supponunt pro eo tempore, quo talis renascendi modus fuerit hominibus præscriptus, & per illa potius explicavit necessitatem Baptismi futu-

ram, quem dedit formale præceptum. Accedit ratio generalis ex debita, & congrua dispositione divine providentia de sumpta, quia credibile non est, Christum voluisse homines obligare eodem tempore duplici lege, alioquin non jugum fuisse, sed unum intolerabile fuisse hominibus impositum, qui eodem tempore fuissent ad onera veteris, & novæ legis adstricti; lex autem vetus obligavit, & duravit saltem usque ad mortem Christi, quis ut inquit Doctor, lex vetus mala non erat, sed idololatria, & ideo non debuit subito repelli, & extingui, sed debuit synagoga cum honore sepeliri, ut ostenderetur fuisse bona pro tempore suo, & in hoc puncto nobiscum conveniunt etiam Thomista, & alii communiter.

12. Quarto addit Scotus, Baptismum neque expellit esse sub præcepto statim post Christi mortem, vel ejus Resurrectionem ut dicunt Thomista; quia Baptismus ante Christi mortem statim post ejus institutionem non fuit sub præcepto, sed tantum sub consilio, quia lex Evangelica, quæ est perfectissima, non debuit præcipere imponi, sed prius per consilium ad ejus observantiam debebant homines allici, ut postea exercitatis posset sub præcepto imponi; si ergo post ejus institutionem non statim fuit sub præcepto, ita nec statim mortem Christi cepit esse sub præcepto, sed tantum sub consilio; consequentiam probat Doctor, quia nullus aliter se habet nunc, quæ am prius, ad aliam legem, vel præceptum nisi quia aliter fuit est promulgatum, lex siquidem, vel præceptum ante sufficientem ejus promulgationem obligare non incipit; sed à Passione Christi statim lex Evangelica, & Baptismi præceptum non fuit alter promulgatum, ac ante Christi mortem; ergo respectu ejus non aliter se habuerunt homines, quam ante Christi mortem. Major patet, quia promulgatio est de intrinseca ratione legis obligantis, vel saltem necessaria conditio ad ejus obligationem, unde apud Jurisperitos commune est axioma, quod lex non obligat, nisi promulgata, & hanc promulgationem ajunt tantam esse debere, ut sit solemnis, adeo ut non sit facta, ut in una, vel altera Regni parte fiat, ut universum Regnum non obligationem inducat, ut satis constat ex dictis supra disp. c. de legibus q. 1. 2. 2. n. 17. & 18. Minor probatur, quia in passione Christi tantum abest, quod publica quædam, ac solemnis Evangelii facta fuerit publicatio, ut Apostoli ejus præcones futuri ob metum Iudæorum tunc temporis latitarent, unde post Christi mortem, eiusque resurrectionem usque ad Pentecosten nulla talis promulgatio legitur facta, sed Christus toto eo tempore privatim tantum Apostolos instruebat, qua ratione, & quo modo post acceptum Spiritum Sanctum in die Pentecosten Evangelium promulgare deberent. Imò eis prohibebat, ne prius illud promulgarent, ut haberent Act. 1. Et conspiciens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expellerent promissionem Patris &c. Neque Apostoli usque ad illud die publice prædicaverunt iuxta illud Lucæ 24. Vos nunc sedetis in illa Civitate, donec induamini virtute ex alto.

13. Quintò tandem conclusit Scotus l. c. obligationem Baptismi generaliter, & quoad omnes incipisse post sufficientem, & solemnem Evangelii promulgationem Orbis universo factam, & ita etiam expressè Conc. Trident. docet videtur sess. 6. c. 4. ubi de iustificacione loquens vocat eam translationem peccatoris de statu peccati ad gratiam, quæ quidem translatio inquit post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, nisi ejus voto fieri non potest, ubi notanda sunt illa verba post Evangelium promulgatum, ait enim Concilium neminem sine baptismo iustificari posse, non statim post mortem, vel resurrectionem Christi, sed post Evangelium promulgatum; ergo ex Concilio ante Evangelii promulgationem, & præcepta de Circumcisionem, & solum post solemnem Evangelii promulgationem obligatio baptismi incipit. Neque communis Thomistarum responsio satisfaciit, Concilium tantum requirere hanc promulgationem, ut possit ignorantia tolli, quia homines à Baptismi susceptione excusabantur, non autem ad obligationem eius inducendam, quæ statim post Christi mortem incipit. Hæc enim expositio est omnino præter Concilii mentem eo loco, ubi minime docere intendit, quia ratione homines peccati baptismum non suscipiendo, sed qua ratione abque illo iustificari nequeant sine ejus obligationem ignorent, sive, non.

14. Ceterum gravis adhuc urget difficultas, quando nam facta fuerit iustificans, & solemnis Evangelii promulgatio, ita ut ceperit omnes obligare, & an facta fuerit simul apud omnes gentes, in quo singulari elucet divine misericordie benignitas ut Catech. Roman. observat part. 2. c. 3. quod ad Sacramentum tantæ necessitatis, & utilitatis conficiendum materiam illam elegerit, quæ semper præto est, atque ab omnibus ubique facile perari potest. Hinc communiter inferunt Theologi aquas omnes artificiales, quæ v. g. ex rosis, aut aliis floribus, vel herbis eliciuntur, & alios humores mixtos, ut, verbi gratia, Myrtis Theol. Moral.

suam habere, sicut eodem tempore pro toto terrarum Orbe fuit lex vetus abrogata, ita ut obligat desinere, & hoc tempus dicunt fuisse diem illum Pentecosten; nam videtur omnino certum illum, qui tunc illi promulgationi intererat, cum statim in suam patriam redirent, hoc totum aitis nationalibus suis eodem tempore fuissent ad onera veteris, & novæ legis adstricti; lex autem vetus obligavit, & duravit saltem usque ad mortem Christi, quis ut inquit Doctor, lex vetus mala non erat, sed idololatria, & ideo non debuit subito repelli, & extingui, sed debuit synagoga cum honore sepeliri, ut ostenderetur fuisse bona pro tempore suo, & in hoc puncto nobiscum conveniunt etiam Thomista, & alii communiter.

QUÆSTIO SECUNDA.

De materia, & forma Baptismi.

15. Explicata essentia, & existentia Baptismi, ut ejus essentia physica magis pateat, & materia, & forma Baptismi in præsentibus quæstionibus est breviter declaranda, recolendo, quæ fuisse diximus lib. 4. d. 2. cit. de Baptismo q. 2. a. 1. & 2. & cum duplex sit materia Baptismi proxima, scilicet, & remota, agamus prius de materia remota, postea de proxima, ac denique de forma ejusdem.

ARTICULUS PRIMUS

De materia remota, & proxima Sacramenti Baptismi.

16. Primò, statuendum est solum aquam simplicem, naturalem, & elementarem esse legitimam materiam remotam Sacramenti Baptismi, ex jam dictis loc. cit. Ita de fide definitum est in Conc. Lateranensi c. Firmiter, de summa Trinitate in Florentino in Decret. Eugen. & Trid. sess. 7. can. 2. de Baptismo; & habetur ex pluribus Scripturæ locis; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Ecce aqua quæ prohibet me baptizari, &c. Act. 8. Mandans eam lavacro aquæ, &c. ad Ephes. 5. Nec aliter potest probari assertio inquit Scotus 4. d. 3. qu. 3. s. hic dicendum, nisi ex voluntate Christi institutum aquam veram, & naturalem per materiam huius Sacramenti, ut patet Joan. 3. & Matth. 3. subdit per huius institutionis apertas esse congruentias, quia aqua est frigida, fluida, lucida, necessaria, & communis, quæ proprietates humoris illi conveniunt, in quo Baptismus fieri debet, quia est ad reprimentum ætum concupiscentiæ, ad stentendum rigorem inobedienciæ, ad illustrandum claritatem fidei, ad introducendum in viam salutis, & hoc Sacramentum est commune omnibus, & cum sit Sacramentum necessitatis, in ea materia institui debuit, quæ ubique reperatur. Nominè autem aquæ naturalis intelligitur illa, quæ est naturalis, & simplex, sive sit ex mari, sive ex flumine, aut fonte, aut palude, vel ex pluvia, aut ex nive, & glacie soluta, ut docet D. Thomas quæst. 66. art. 3. & hæc ita necessaria est, ut non sufficiat quicumque alius liquor, quamvis aptus ad lavandum, & quamvis similis aquæ naturalis, ut fuisse tradit Doctor, loc. c. in quo singulari elucet divine misericordie benignitas ut Catech. Roman. observat part. 2. c. 3. quod ad Sacramentum tantæ necessitatis, & utilitatis conficiendum materiam illam elegerit, quæ semper præto est, atque ab omnibus ubique facile perari potest. Hinc communiter inferunt Theologi aquas omnes artificiales, quæ v. g. ex rosis, aut aliis floribus, vel herbis eliciuntur, & alios humores mixtos, ut, verbi gratia, Myrtis Theol. Moral.

lacrymas, salivam, sudorem, brodium, vinum limphatum, cerisum, & similes liquores; qui ab aqua naturali specie differunt, non esse idoneam, & sufficientem Baptismi materiam, & ratio est, quia morali hominum æstimatione non censetur aqua naturalis, & usualis. E contra verò dicunt ex quacumque aqua naturali, quamvis accidentaliter immutata, Baptismum valide confici posse, dummodo secundum communem hominum æstimationem veram naturalis aquæ formam retineat, ac proinde nihil validitati huius Sacramenti obesse, si aqua calida sit, vel frigida, pura, vel impura, aut aliquo liquore alieno in modica quantitate permixta; adhuc enim valide, inquit Sacramentum confici, quod non antea additur, quia, ut licet administratur, aqua pura est adhibenda, quantum fieri poterit.

17. Secundo, statuendum est materiam proximam huius Sacramenti esse abluionem ex aqua naturali, ut constat ex illis Christi verbis: Baptizantes eos in nomine Patris, &c. & ex communi totius Ecclesiæ praxi, & doctrina, estque res de re clara, cum enim aqua sit Baptismi materia remota, ut dictum est, oportet materiam ejusdem proximam consistere in applicatione ipsius materiz remote, quæ fit per abluionem, & hoc etiam indicat ipsum Baptismi nomen, quod proprie dicit abluionem, non enim quis baptizatur, nisi dum abluitur, & intelligitur hic ablutio, ut notat Doctor l. cit. non tantum, sicut aqua dicitur lavare corpus quasi formaliter, sed sicut homo dicitur lavare corpus eua aqua quasi proprie active, nam solus contactus corporis ab aqua, quæ est quasi ablutio formalis, non est instituta tamquam signum, vel pars signi, sed ipsa locio effectiva ab aliquo abluente facta; nec oportet, quod sit ablutio, ut importat amotionem foridum à corpore contactum aquæ, sed sufficit locio in communi dicta corporis ab aqua, alio hoc agente, quod nihil aliud est, nisi quod oportet istum contactum corporis ab aqua fieri ab alio causante istum contactum: Ex quo deducitur hanc abluionem consistere in contactu successivo corporis, & aquæ, vel scilicet, corpore per aquam traducto, ut si ferret per immersionem ejus in aquam, vel aqua fluente per corpus, ut si ferret per asperisionem, vel infusione in aqua super corpus, & requireretur etiam, quod iste contactus sit in mediis, id est, quod immoediè tangat corpus, unde non sufficeret circa vestes, ut si quis ablueretur corio inclusis. Quæstio tamen est, an ablutio, quæ est materia proxima huius Sacramenti fit ablutio actio, hoc est, quatenus passivè recipitur in eo, qui abluitur; quam difficultatem breviter resolvimus q. 2. cit. nu. 36. dicentes abluionem, quæ est materia proxima huius Sacramenti, non esse abluionem actionem, sed abluionem passionem, ut docet Scotus 4. d. 6. qu. 2. sub D. quod ibi probat, quia si Baptismus esset ablutio, quæ esset unica tantum actio, quod est falsum; & contra si duo activè eundem hominem baptizarent, sequeretur plura ibi esse Sacramenta, quia ibi plures interveniunt actiones, quod etiam est falsum, quia homo ille unum tantum susciperet Baptismum, sicut una tantum est ablutio passiva.

18. Tertiò quoniam ut supra dictum est, ablutio dupliciter exerceri potest, ut passim Theologi docent, uno modo per asperisionem, seu effusionem aquæ in corpus; alio modo per immersionem corporis in aqua, & consuetudo Ecclesiæ utramque modum in diversis locis observat, & in praxi servanda est consuetudo cujuscumque loci; difficultas est, num ibi posterior modus ablucendi servari solet, sit de necessitate, & valore Sacramenti, ut post immersionem sequatur emeritio, vel etiam valeat Baptismus, si proliciat, & submergatur infans in puteum, vel flumen cum prolacione verborum. Communis opinio Recentiorum tenet, non esse de necessitate Sacramenti emerisionem, sed valere Baptismum factum per projectionem, & illam, emerisionem puram sufficere, & esse verè, & proprie abluionem baptismi idoneam, quamvis illicitam, inquam, & mortiferam, dummodo proferatur integra forma ante mortem infantis; quorum fundamentum est, quia quamvis in tali casu sequatur submersio, & mors infans, nihilominus infans potest verè dici ablutus, & baptizatus, quia Baptismus non ordinatur ad vitam corporis, sed animæ; unde sicut, si super infantem in cuna jacentem super infundat quis tantam aquæ copiam; ut eum cooperitum relinquat, utique verè baptizatus, si cætera adfuerit; sic pariter si illum prociendum submergat, quæ malum modum etiam si Sacerdos Catechumenum mergat in fontem, ex quo eum casu extrahere nequeat, sed submergatur, modo adfuerit intentio baptizandi, & cætera adfuerit, adhuc verè baptizatus. Ita Suar. Valsq. Coninch. Laym. Hurtad. Valent. Diana Bonacina Valsq. Averfa, & alii passim.

19. Oppositum tamen docuimus q. 2. cit. art. 1. nu. 14. cum Gc 3 Scoto

DISPUTATIO XVII. DE BAPTISMO ET CONFIRMATIONE.

POST tractatum de Sacramentis in genere descendimus ad tractatum de Sacramentis in specie, & in particulari, quem merito inchoamus à Baptismo, quia janua est reliquorum, & sine hoc ad aliud Sacramentum non est aditus. Non agit hic autem de Baptismo sanguinis, idest martyrio, nec de Baptismo fluminis, sed desiderio, quia non sunt Sacramenta proprie dicta, vel de Baptismo fluminis, qui dicitur ablutio corporis exterior sub prescripta forma verborum facta, ut postea dicemus. Hic autem Disputatio de Baptismo aliam quoque addimus, & annectimus de Confirmatione, tùm quia ita fecimus lit. 4. sent. disp. 2. q. 8. tùm quia ibidem præcipuus de hoc Sacramento difficultates ex professo discurrimus, unde opus non est in præsentem distinctam de eo disputationem instituire.

QUESTIO PRIMA.

De essentia, & existentia Baptismi, ac ejus necessitate.

Nomen Baptismi, quod à voce greca derivatum est, ex vi vocabuli lotionem, immersionem, seu lavacrum importat, & ex usu omnium Patrum, Conciliorum, & ipsius Ecclesie impositum est ad significandum aliquod Sacramentum speciale legis Evangelicæ, quod consistit in quodam ablutione facta sub certa verborum forma significante ablutionem à peccato, ut declarat Catechismus Conc. Trid. p. 2. Hic igitur breviter videndum est quid sit Baptismus hoc modo acceptus, quæ ejus necessitas, & quando à Christo Domino fuerit institutus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit Baptismus, & in quo ejus essentia consistat, ac necessitas.

Primò, ad explicandam Baptismi essentiam Doctores communiter utuntur definitione tradita à Magistro sent. 4. d. 3. q. 1. quod sit ablutio corporis exterior facta sub prescripta forma verborum, quæ quidem definitio, quia aliquas patitur difficultates, nec omnino clarè essentiam exprimit Baptismi, ut notat Scot. 4. d. 3. q. 1. aliam clariorem ibi tradit dicens, quod est Sacramentum ablutionis animæ à peccato consistens in ablutione hominis aliquoties consentientis facta in aqua ab alio ablutione, & in verbis certis simul ab eodem ablutione cum debita intentione prolatis, quam definitionem carpunt nonnulli Thomistæ, & alii Recentiores veluti comatam, & involventem particulas, & conditiones superfluas, nempe ut ablutio sit hominis aliquoties consentientis facta ab alio, & sit verba cum intentione debita proferantur. Verùm, ut diximus 4. sent. disp. 2. q. 2. definitioni relationis in concreto addere conditiones, & rationes fundandas non est contra artem definiendi relationes, nec contra naturam definitionis data per additamentum, quæ specificæ, & propria exponit, & convertitur cum definito, talis autem est definitio à Scoto tradita, ut potè data per omnes causas, tam physicas, tùm metaphysicas juxta Arist. monitum, cum enim dicitur est Sacramentum per hanc particulam assignatur genus metaphysicum, est enim Baptismus Sacramenti species. Cùm dicitur ablutionis animæ à peccato per hoc cum cæteris particulis sequentibus indicatur ejus differentia à cæteris Sacramentis. Cùm additur consistens in ablutione hominis aliquoties consentientis indicatur materia proxima cum subiecto; cùm dicitur facta in aqua indicatur materia remota. Cùm tandem additur in certis verbis simul ab eodem ablutione cum debita intentione prolatis assignatur forma, & intentio in ministro requisita. Quæ

datur per omnes causas, per efficientem, scilicet, eum intentione; per finalem, scilicet, ablutionem animæ à peccato; per materialem, nempe ablutionem, & verba, & tandem per formalem scilicet significationem, ac etiam per subiectivam cum suis dispositionibus, idest, hominem aliquoties consentientem; cùm igitur explicet essentiam Baptismi per omnes causas tam physicas, quam metaphysicas, omnibus numeris absolutam ceteri debet. Accedit, quod definitio Baptismi à Magistro tradita simpliciter, & absolute inspecta, ut sonat, non sol. Baptismo Sacramentali competit, ut bene dicitur Hiquis nollet, 4. d. 3. q. 1. in fine, quia si quis baptizaret Canem, vel alium animal, ut malefici quandoque faciunt, cum prescripta verborum forma, non esset ablutio baptismalis, quamvis esset exterior corporis ablutio cum prescripta verborum forma; rectè ergo ponitur in ea definitio, quod sit ablutio hominis. Item si invitus baptizaretur, non esset baptismalis ablutio; ergo bene additur aliquoties consentientis. Rursus si hæc ablutio ferret à seipso, non esset baptismalis, ergo rectè additur ab alio facta. Preterea si esset in alio liquore non esset baptismalis; rectè ergo additur in aqua. Denique, si joco, & sine intentione ferret, neque esset baptismalis, rectè ergo additur cum debita intentione, atque ideo definitio illa nullam continet particulam superfluum.

Secundo, quod spectat ad ipsius Baptismi necessitatem, certum est de fide esse necessarium omnibus cuiuscunque sexus, ætatis, & conditionis non tantum necessitate præcepti, sed etiam mediæ, ut dictum est, præc. art. 2. n. 60. quod primo probatur ex ipsius Christi verbis Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. Deinde probatur ex Concilio Cartag. & Melvit. in quibus damnatus est error Pelagianorum dicentium parvulos sine baptismum salutem consequi posse, ac etiam ex Concilio Constantiensi, in quo denuò proscriptus est idem error ab Vvilefo renovatus, ac tandem Trident. sess. 7. can. 5. ubi anathematizatur qui dixerit Baptismum ad salutem necessarium non esse. Rursus probatur ex August. li. 3. de orig. anime c. 9. & l. 1. de peccatorum meritis, & remiss. l. 3. contra Pelagium, & alii SS. Patribus à Bellarmino relatis l. 1. de Bapt. c. 4. Denique probatur ratione, quia illud est necessarium necessitate mediæ ad salutem, sine quo salus obtineri non potest, ut constat ex dictis qui præced. a. 2. n. 59. sed sine Baptismo salus obtineri non potest, ut patet ex verbis Christi relatis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei, ubi illa particula Nisi denotat necessitatem mediæ; ergo, & Ex quo etiam sequitur Baptismus esse quoque necessarium necessitate præcepti, quia quod est necessarium necessitate mediæ, est etiam necessarium necessitate præcepti, cum major necessitas inferat minorem; Hæc tamen est differentia inter parvulos, & adultos, ut etiam loc. cit. insinuavimus, quod parvulis necessarius sit Baptismus reipia susceptus, adultis verò, vel in re, vel in voto, quod etiam declaravit Conc. Trid. sess. 6. ubi dicitur Justificationem à peccato potest Evangelium promulgatum sine lavacro, aut ejus voto fieri non posse, unde communiter dicitur Quælibet Baptismus esse necessarium necessitate mediæ in re, vel saltem in voto, quod non adest facultas illum suscipiendi in requære per votum baptismi intelligitur illud suscipiendi desiderium, & propositum, non quidem nudum, aut simplex, sed fidei, & perfectæ contritionis conjunctum, quia sine actibus harum virtutum nullus adultus extra Sacramentum justificari potest, ut constat ex dictis l. 2. sent. d. 7. de justificatione.

Tercio, hinc deducitur in casu necessitatis in adultis suppleri posse Sacramentum Baptismi per contritionem, atque ideo Baptismus in re non esse adultis simpliciter necessarium ad primam gratiam consequendam, & peccatorum remissionem, sed sufficere contritionem in se votum Baptismi continentem, ut ex Scoto deducitur 4. dist. 4. quest. 6. ab initio, & fusc probavimus 4. sent. disput. 2. de Baptismo, & Confirmatione quest. 7. artic. 1. ex illis præsertim Scripturæ locis, in quibus promittitur justificatio, & peccatorum remissio hominibus impii poenitentibus, ut Ezechiel. 18. Si egreditur poenitentiam impius, viderit viam, & non morietur. Et, ex his enim, & similibus Scripturæ locis constat per-

fectam contritionem esse sufficientem, & ultimam dispositionem ad gratiam sanctificantem, quæ contritio utique haberi potest ab homine adulto antè realem baptismi susceptionem, cum voto tamen suscipiendi, quod constat ex Act. 10. ubi legitur Concilium Centurionem antè Baptismi susceptionem fuisse justificatum, quare dixit D. August. l. 4. contra Donat. c. 22. Fidem, conversionemque cordis id, quod ex Baptismo desit, posse supplere, si forte ad celebrandum Misterium Baptismi angustis temporum succurrere non possit, quod ipse quoque ostendit exemplo Cornelii Centurionis antè realem baptismi susceptionem justificati. Neque hinc sequitur superfluum fore postea baptismi susceptionem si quidem de eo Cornelio Aug. c. 21. jam dixerat, quod & de quolibet aliquo dici potest: Si etiam Spiritu Sancto iam accepisset, non nolisset, contempserit tamen Sacramenti, & reus extitisset. Hic tamen advertendum est, quod diximus q. 7. cit. a. 1. nu. 172. quod licet regulariter loquendo in casu postea votum baptismi esse debeat explicatum, tamen in aliquo casu sufficere votum Baptismi in actu contritionis inclusum, & non necessarium requiri explicatum, sed interdu etiam sufficere implicatum; votum enim Baptismi potest esse duplex, vel dupliciter fieri potest, explicitè, scilicet, & implicite; tunc sit explicitè quando adultus non solum de fide peccatis contritionem habet cum proposito generali servandi deinceps omnia, & singula præcepta, sed etiam cum speciali proposito Baptismum suscipiendi, quod haberi non potest sine fide, & cognitione Baptismi, & hoc est votum Baptismi explicatum. Implicatum verò est, quod in ipsa contritione, & generali proposito omnia mandata servandi continentur, & hoc dicimus ad distinctionem sufficere, quod etiam indicavit Trid. sess. 14. c. 4. ubi dicit perfectam contritionem esse sufficientem ad dispositionem ad gratiam, in ea autem includitur votum Baptismi saltem implicite, quia includitur propositum servandi omnia mandata, & adimplendi omnia ad lavacrum necessaria, qualis præsertim est Baptismi susceptione.

Quarto, conveniunt præterea DD. & passi in docent SS. Patres Baptismum alicuiusmodi suppleri posse per martyrium, quod adest Baptismi impossibilitas, ita statim dicitur 2. c. q. 7. art. 2. cum Alex. d. Th. d. Bon. ex Scot. l. 2. dist. 14. q. 1. sic. V. quod probant ex illo Matth. 10. Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam, quibus verbis D. August. de orig. anime c. 12. asserit. Martyres, quibus contigit antè pro Christi nomine accidi, quam Christi Baptismum dilati, exceptos esse ab hæc sententia, nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. Sola difficultas est de modo, an scilicet sic Baptismus ex opere operato tollit totam culpam, & poeniam, sicut etiam martyrium vi sua præter meritum patientis gratiam conferat. Et quamvis aliqui antiquiores id negaverint, communior tamen, & probabilior sententia asserit martyrium ex singulari privilegio, & speciali Dei dispensatione habere vim conferendi primam gratiam, & consequenter ad ista Sacramenta Martyrem iustificare ex opere operato, ita ut si quis ad martyrium accederet, adhuc in peccatis existent, tamen sine affectu ad aliud quod peccatum, ut cum fide, & dilectione inchoata, & poenitentia saltem imperfecta, qualis requiritur etiam antè Baptismum aque, is virtute Martyrii ex opere operato iustificabitur, atque salvabitur, hoc est vi sua ad evitandum de nomine quest. ita statim dicitur l. c. cum Scot. 4. d. q. 6. ubi dicit, quod si Baptismus sanguinis sit completus, martyris moritur, evolat in eorum, nec tenetur ad Baptismum aque, & eodem modo dicitur d. 4. q. 1. §. Sed nec debet requiri, & sequuntur Recentiores omnes ibi citati. Ratio autem huius asserti fundatur præsertim in promissione Christi, qui voluit hoc speciale privilegium suis concedere, qui pro ipso moriatur, ut non minus in sanguine suo, quam in aqua baptizari possint, ut ex ejus verbis colligitur Matth. 10. Quæ mors confusus fuerit coram hominibus, confitebor ego eum coram Patre meo, & Mat. 18. Qui perdidit animam suam propter me, salvam faciet eam, quæ verba juxta Aug. interpretationem 13. de Civitate Dei c. 7. speciale continent promissionem factam illis, qui vitam pro Christo exponant; unde inquit ibi Augustinus, quod illic quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriatur, tantum valet eis ad dimittenda peccata; quantum si abluerentur sacro fonte ipsius Baptismatis, tam qui dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etiam dixit Qui me confusus fuerit coram hominibus, & rursus: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam, ergo si Baptismus vim habet omnem culpam, & poeniam tollendi, eod quod sit Sacramentalis, sed Mystica configuratio mortis Christi, ut habetur ad Rom. 6. multo magis Martyrium illam vim habebit, cùm sit realis conformatio cum Christo, quo argumento usi sunt Clementis, Cypriani, & Tertulliani, & alii Patres, ut fusc discurrimus l. c. ubi etiam nonnullas evasiones, & objectiones sufficienter præcludimus, & solvimus, quæ autem dispositio requiritur ad martyrium in adultis, etiam tractavimus ibi articulo 3.

Quinto, statim etiam ibidem articulo 4. cum communiori, & probabiliori sententia non tantum Baptismum alicuiusmodi, sed etiam infantium per Martyrium suppleri posse, ut expresse etiam tenet Doctor nosster, dist. 4. q. 3. §. Dicitur ubi dicit etiam infantes, qui in utero cum ipsa Matre propter Christum trucidantur, consequi eundem Martyrii fructum, quem consequuntur qui exclusi ab utero Matris eodem titulo trucidantur, unde tantò magis supponit de infantibus ab utero materno exclusis nullum esse dubium, quia sine Martyrii capaces, sed Baptismi sanguinis. Hoc autem probari solet, ut diximus ibi, præsertim ex traditione Ecclesie, & SS. Innocentium exemplo, quos Ecclesia tanquam Martyres colit, ut patet in eorum officio, in hy. nno enim inquit. Salvos fieri Martyrum, & rursus in oratione; Deus cuius præconium innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt; & passim etiam apud SS. Patres pro Martyribus habentur, undè Augustinus inquit libro 3. de Sy. mbol. a d. Catechumenos & alios innocentes ab originali peccato fuisse se suis sanguine dilutos, &c. 3. de lib. arb. c. 13. articulo Non frustra infantes illi, qui ab Herode occisi sunt, in honorem Martyrum receptos commendat Ecclesia, & ita etiam eos appellat, Chrylostonus, Cyprianus, Barnardus, Hilarius, Hieronymus, Beda, & alii Patres, quorum verba passim viderent Recentiores. Hoc etiam probari potest ex modo dictis, quod, scilicet Martyrium non tantum ex opere operantis, sed etiam ex opere operato gratiam conferat, atque ideo etiam parvulis illud præsentibus pro Christo suum effectum conferre potest, scilicet primam gratiam peccatorum originale delentem, & hanc conferre mortaliter, non physice, quatenus Deus inquit Martyrii, quod est optimum opus, eique gravissimum, hanc gratiam conferat ad instar Sacramentorum ob speciale privilegium, peculiaritatemque, promissionem, quam fecit Christus verbis illis: Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Neque ob id est Sacramentum, quia Sacramentum est actio que iam facta, & sancta ad cultum veri Dei ordinata; & i. Christo instituta, Martyrium verò, dù in eximplere Tyranni provenit, non iam sacra actio non est, sed potius facit, & impia, quia ferri Dei crudeliter necantur, & Deus ipse graviter offenditur, unde non conferat gratiam acti vè Sacramentorum more, sed tantum passivè, quatenus patienti Martyrium promittit Deus ex speciali privilegio gratiam conferre. Cetera ad hoc punctum spectantia videantur l. c. ubi fusc de hoc discurrimus.

Postremo, ex dictis facile est intelligere, quid communiter Patres, & Theologi significare velint, cùm in triplicem Baptismum distinguunt, fluminis, fluminis, & sanguinis, Baptismus enim fluminis est Baptismus iure susceptus; Baptismus fluminis est Baptismus in voto; Baptismus denique sanguinis est Martyrium, quod ad morte pro Christo permissa est. De primo dicitur Joan. 3. Venit Jesus in terram ludæ, & baptizabat; de secundo legitur Act. 1. Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos dies, de tertio Marti. 10. Post hæc bibite calicem, quem ego bibi, & Baptismus, qui ego baptizavi baptizabit. Hinc sequitur, ut notat Glosa cap. Baptismi vicium, & de consecrat. dist. 4. tria esse baptismata Sacramenta, quia Baptismus fluminis tantum est proprie Sacramentum, qui est unicus in essentia, & specie archoma juxta illud Pauli ad Ephes. 4. Unus Dominus, una Fides, unum Baptismus, quem locum de unitate specificæ ibi Chrylostonus interpretatur; reliqua verò duo non sunt proprie Sacramenta, quia ne Glosa loquatur non sunt accedente verbo ad elementum, sed vicem tantum Sacramenti supplendo per cordis contritionem, vel sanguinis pro Christo effusione, quia sic inquit Glosa, mandatur homo a peccatis per poenitentiam, vel sanguinis effusionem, sicut per Baptismi lavacrum. Ita ad verbum discurrimus quest. 7. cit. ab initio.

ARTICULUS SECUNDUS.

Quando Baptismus fuerit institutus à Christo, & caparis esse sub præcepto.

Primò, ut jam diximus dist. 4. cit. q. 8. supponit questio Baptismum fuisse verè, & immediate ab ipso Christo institutum, & ex verbis ejus deducitur expresse Jo. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. Mat. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & querit de tempore, quo fuerit institutus, an ante, vel post Passionem, & Resurrectionem ipsius. Quamvis autem Antiquiores quidam, ut Alex. Albertus, Maior, & alii putaverint institutum fuisse post Passionem, & Resurrectionem ejus; quando Apostolus dixit l. c. Matth. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes, &c. Communis tamen, & verior sententia docet, ut diximus ibidem, fuisse à Christo institutum ante

Scoto 4. d. q. 3. sub A, ubi in quodam corollario dicit, quod si parvulus esset de Ponte projectus, non esset baptizatus, quia hoc modo non est ad vitam ordinatus, sed ad mortem, quia opinio communis est in schola Scottiarum, ac etiam apud antiquiores Riccard. Palud. Marfil. Holcor. Aliacen. Sylvest. Arnil. & alios præsertim Altesan. lib. 4. tit. 3. art. 7. & probatur ratione Doctoris ibidem, quia ablutio Baptismalis ordinatur ad vitam, & non ad mortem per se loquendo, nec verisimile est Christum pro materia proxima hujus Sacramenti ordinasse materiam, quæ ex natura sua est ordinata ad mortem corporalem; qualis est submersio; hoc enim ad suam ejus providentiam spectat, & Christus Sacramentorum institutor sic Sacramenta instituit, ut per virtutem, quam corporaliter per materiam sensibus conferunt, arguamus insensibilem gratiam, quam animæ conferunt; unde sicut in aqua hoc Sacramentum est institutum, quia quemadmodum corporaliter maculas abluit, ita & spiritualiter, sic pariter, si materia hujus Sacramenti vitam spirituales præstare debet, hoc per fomentum corporale innuere debet; in casu autem posito tantum abell, ut ablutio vitam corporalem juvet, quod potius ex natura sua eam destruit.

Confirmatur, quia ut arguit Altesanus noster loco citat. cum Riccardus, proxima materia Baptismi est ablutio in aqua, qui autem aqua abluitur, primo aqua cooperitur vel in toto, vel in parte, & postea discooperitur, unde propter primum representat Christi sepulchrum, propter secundum, ejus Resurrectionem, quamvis autem infans in casu prædicto per actum illius, qui ipsum projicit in aquam immergatur, non tamen est actus ordinatus ex sui natura ad hoc, ut puer abluatur, sed ut submergatur; ergo, ut baptismus per immersionem factus sit verum Sacramentum, debet post eam immediate sequi emersio, quia Baptismus est Sacramentum non tantum representans Christi sepulchrum, quod fit per immersionem, sed etiam Resurrectionem, quod fit per emersionem immediate sequentem. Denique cum submersio non vitam, sed mortem pariat corporalem, non est censenda apta hujus Sacramenti materia, quia vita designari debet, non interitus, ut fufus loc. cit.

20. Hinc patet ad fundamentum oppositæ sententiæ; negatur enim submersio infans in puteum, vel flumen esse verè, & propriè ablutio, & mundatio in sordibus, quia ex natura actionis ordinatur ad mortem infans, non autem ad ablutioem; per quam tolluntur sordes salva substantia, & vita baptizati; etenim in communi modo loquendi id ablutio dicitur, & lavari, quod vel non totum immergitur, vel immersum emergitur; unde etiam negatur, si super infantem in cuna jacentem tanta aquæ colluvies superinfundatur, ut moriatur, esse verum Baptismum, quia ablutio, quæ est materia Baptismi proxima, talis esse debet, ut ex natura sua ad mortem baptizandi non ordinetur, hoc enim magis congruum est divini instituti, & ablutioi usuali, seu consuetæ, & morali; & licet Baptismus non ordinetur ad vitam corporis, sed animæ, adhuc tamen neque per se ordinatur ad mortem corporis, quia etiam Christi Resurrectionem figurare debet, ac representare; sic autem ordinaretur, si sub materia ejus comprehenderetur ablutio ex natura sua ad mortem corporis ordinata, qualis est submersio, quare in hoc sensu dici potest Baptismus etiam ordinatus ad vitam corporalem, quatenus pro ejus materia talis ablutio est instituta, quæ ex natura sua compatibilis sit cum vita corporali. Casus autem ille, quo non possit minister Catechumenus ex fonte extrahere, vel flumine, ad rem non est ut l. c. dicebamus; tunc enim esset verus Baptismus, quia per accidens, n. tali casu sequeretur mors baptizati, nimirum ex defectu vitium Ministri non potens illum extrahere; non autem per se, & natura rei, ut event in casu submersiois, de qua est sermo, ut fufus l. c. discurremus.

21. Quarto, quia Baptismalis ablutio, ut supra dictum est, etiam alio modo exerceri potest, nempe per asperionem, seu effusionem aquæ in corpus, qui modus baptizandi, ut plurimum in Ecclesia servatur, certum est apud omnes non oportere ablutioem fieri toto corpore, aut majori ejus parte, alioquin nullus Baptismus nunc perfectus esset, quia regulariter in solo capite dæur, non enim est verisimile, inquit Scoto 4. d. q. 3. s. ad quaestionem, quod in die Pentecostes, quando baptizati sunt tria milia ab Apollolis Act. 2. quod quilibet, quantum ad totum corpus suum lavaretur aqua, sed præcisè quantum ad faciem aspergendo, vel quantum ad caput perfundendo. Difficultas tamen est, quænam pars corporis abluere debeat, ut validus sit Baptismus, & quidem conveniunt Doctores, Baptismum haud dubie validum fore, si caput hominis abluatur, quod docet D. Thomas q. 86. art. 1. ad 4. & Scotus l. cit. ubi dicit, quod si appareat ex utero Matris caput infantis, & in ea corporis parte baptizetur, si puer nasceretur, & ex utero matris exiret, non oportere ipsum rebaptizare, quia illa censetur pars hominis præ-

cipua, utpote in qua viget omnis sensus, & hoc ex Ecclesiæ præcepto faciendum esse constat ex cap. Postquam vos de consecrat. d. 4. & ex Catechif. Trid. part. 1. cap. 1. Validum quoque fore Baptismum existimant Soto, Suarez, Laym. Ifambertus, & plures alii, si scapula, pectus, aut alia hujusmodi pars notabilis abluatur; ceterum si alia pars minus notabilis, sicut manus, pes, &c. tantummodo ablueretur, ut si infans in egressu ex utero materno manum, vel pedem proferret, Doctores non conveniunt. Aliqui enim dicunt simpliciter, & absolute loquendo validum esse Baptismum abluta quacumque corporis parte etiam minima, quorum fundamentum est quia sicut homo dicitur tangi, & vulnerari, in quacumque parte tangatur, & vulneretur, ita etiam dicitur ablutus in quacumque corporis parte abluatur. Tùm quia anima rationalis est in qualibet parte; ergo quacumque corporis parte abluta etiam minima, verè denominari potest totus homo ablutus, & effectus Baptismi etiam in anima recipi potest. Ità Vasq. Henric. Diana, Caspensis, Merantius, & plures alii Recentesiores, quorum aliqui etiam dicunt ad valorem Baptismi sufficere, si qua folos capillos attingat; & per eos defluat, etiam si curem non attingat, quia capillos quoque putant animatos animi rationali, vel saltem computantur tamquam corporis partes, & sumuntur, ut unum totaliter cum corpore.

22. Opposita tamen sententia probabilior est, ut diximus qu. 2. cit. n. 47. nimirum tale Baptismum non esse tutum, & nullam esse certitudinem, quod Baptismus datus in aliqua minima corporis parte sit validus, & præparè facit baptizatum in casu necessitatis iterum esse rebaptizandum sub conditione, & hæc est communior opinio cum D. Thom. Scoto l. cit. ubi postquam dixit, quod si appareat in utero Matris caput infantis, & in ea corporis parte baptizaretur non oportere ipsum rebaptizare, si eo utero matris exiret; subdit deinde, quod si appareat tantum pars minus principalis, scilicet manus, vel pes illi est baptizanda, si aliquid vitæ periculum imminet, quia ibi est tota anima, licet non omnis sensus, sicut in capite, quamvis hoc minus sufficeret, ut esset simpliciter baptizatus, unde si nasceretur postea vivus, esset sub conditione rebaptizandus, ut habetur extra de Baptismo, & ejus effectu, cap. De quibus. Ità ibi Doctor, quia si d. aserit de manu, & pede, tantò magis credendum est hoc idem de minimis partibus asseruisse, ut de digno, vel auriculo. Ratio est, quia hoc Sacramentum, sicut est summe necessarium, ita cum maxima securitate tradendum est, nec anima infans periculo exponatur, & præterea monetur textus citat. Extra de Baptismo, & in Rituali Romano in prædictis capitulis, ubi perplexitas securitatis præstat, iterandum esse Baptismum sub conditione, quod utique Ecclesia non consulere, si in prædictis casibus validus esset Baptismus sine ulla hesitatione, ut prima opinio asserere videtur. Ad id Layman cum quibusdam aliis idem sentiendum esse, si infans pelle adhuc illa, quam vocant secundam, circumdatus, propter periculum baptizetur, cum à quibusdam dubitetur, an sit pars infans; sed de hoc discurrendum est, ut inquit Averfa q. 64. sect. 4. quod si vestis, vel membrana illa esset adeo subtilis, vel porosa, ut aqua ad ipsum corpus permearet, & circa illud flueret, tunc validus esset Baptismus; quod si res dubia esset, ob majorem securitatem Baptismus repeti debet sub conditione; & hoc idem pariter asseri deberet, si solum capilli aqua perfunderentur, ut l. c. diximus n. 47. quia ad veritatem Baptismi operis est aqua corpus, & carnet tangatur, juxta illud Aug. hom. 80. in Joan. Quæ est ista virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? Cum igitur capilli non sint verè, & proprie corporis partes, sed pars ornamentum, eorum præcisè ablutio non erit materia Baptismi idonea, & idèò tutius esse in tanti momenti Baptismum sub conditione repetere.

23. Ad fundamentum prioris sententiæ jam diximus loc. cit. n. 46. quod licet anima sit in qualibet corpore parte, & quamvis juxta communem loquendi modum dicatur homo vulneratus in quacumque corporis parte vulneretur etiam minima, non tamen in communi modo loquendi verè & proprie dicitur ablutus per locutionem cujuscumque minime partis illius; & idèò si solus pes, aut digitus abluatur, non videtur validus baptismus cum per hujusmodi partis ablutioem non videatur, sufficienter homo denominari ablutus, est in casu necessitatis administrandus sit Baptismus in qualibet parte, etiam in solo digito, si nequeat in capite baptizari, ob summam hujus Sacramenti necessitatem. Verum est tamen, quod l. c. addimus, & notat Averfa l. c. quaestionem hanc esse potius de nomine, quam de re, quia nec auctores primæ sententiæ ita validum putant eujusmodi Baptismum, ut negent transacta necessitate debere repeti in aliqua parte principali sub conditione repeti ad dubium, quod antea non valuerit. Nec Auctores secundæ sententiæ putant esse ita invalidum; quin adhiberi possit, ac debeat in casu necessitatis, in quavis minima parte ob aliquam probabilitatem, & semper quod

quod valeat; unde omnes in hoc conveniunt, quod ob summam hujus Sacramenti necessitatem debet in casu necessitatis quocumque rem liquam adhiberi, & tenari, in quo sit aliqua spes, & probabilitas utilitatis, & ob certitudinem, & securitatem remedi tantæ necessitatis, omnis cautela major adhiberi debet, quæ opportuna sit, & possibilis, cum nunquam satis rudo exterius animarum salutis, quæ ex hoc Sacramento pendet, consili possit.

24. Quintò tandem est difficultas, quanta ablutio sit ad Baptismum necessaria, an scilicet, sufficiat quæcumque modica aquæ quantitas, utpote aliqua gutta ad valorem Baptismi. Negant Bonac. Granad. Laym. & alii Recentesiores, & ratio est, quia ad Baptismum requiruntur contractus successivus, & tanta aquæ quantitas, qua possit homo denominari ablutus; ex quo inferunt, invalidum esse Baptismum, quando quis una, aut duabus aquæ guttis aspergitur, quod non possit fieri dici homo simpliciter ablutus: Affirmant Vasq. Henric. Meravus, Averfa, Casp. & alii plures, dummodo tantum gutta aquæ fluat, ac extendatur per aliquas corporis partes, alioquin fit in aliqua parte filtere, & non fluere, verè non abluere. Sed etiam hæc quaestio potius est de nomine, quam de re, ut diximus qu. 2. cit. a. 1. in fine. Neque enim Auctores primæ opinionis negant paucas aquas guttas ad Baptismum sufficere, si per partes corporis fluant, sed dicunt eas non sufficere, quia regulariter persilunt, & non fluunt per corpus. Neque Auctores secundæ opinionis asserunt esse materiam sufficientem, si persilant, & non fluant per corpus. Addimus tamen ibidem secundum dicendi modum magis confirmari Doctores d. 4. c. q. 4. dum ait in die Pentecostes fuisse homines circa tre mille baptizatos, non quod in toto corpore, vel majori parte fuerint ablutus, sed præcisè quantum ad faciem aspurgendo, vel quantum ad caput perfundendo, quibus verbis inquit Doctores, partem illius multitudinis fuisse singularem per sufficientem aquæ copiam super caput effusam baptizatos partem verò pro temporis angustia per asperionem aquæ in facies eorum per guttas aquæ, quæ tamen fuerint sufficientes Baptismi materia. Unde deducitur ad Baptismi validitatem sufficere posse guttas aliquas, quæ corpus tantum cum aliqua sui divisione, & partium successione; cum enim hoc sit Sacramentum necessitatis, dicendum est modicam aquam sufficere, quanta satis est ad ablutioem, vel tangendum eorum successivè per aliquas partes, & eam aqua quantitate adhibendam esse, quæ ad ejus validitatem citrà quocumque dubium sufficere possit.

ARTICULUS SECUNDUS.

De forma Sacramenti Baptismi.

25. Certum est, ac de fide esse necessarium in hoc Sacramento, certam verborum formam; & veram, ac legitimum esse illam, quæ sumitur ex illis Christi verbis Matth. ult. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut constat ex Concillis Lateranensi cap. Firmius de Summa Trinitate, Florent. in decret. Eugen. & Trident. sess. 6. can. 4. de Baptismo. Verum tamen est aliquam reperiri diversitatem in accommodatione, & usu hujus forme inter Ecclesiam Latinam, & Græcam, siquidem Latini baptizant dicendo; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancti, Græci verò baptizant dicendo Baptizetur, vel ut Arcadius vult Baptizatur servus Christi in nomine, &c. etique de fide utroque modo formam esse validam, & legitimum, ut patet ex Concil. Florent. cit. & ipso Ecclesiæ usu, nobis tamen non licet in forma Græcorum, quia est contra consuetudinem, nec feret sine scandalo; rationem autem hujus diversitatis jam assignavimus qu. 2. c. art. 2. cum Scoto 4. d. 3. qu. 2. s. de secundo, quod ibi videri potest; hic autem breviter declaranda sunt, quæ sunt de essentia formæ prædictæ.

26. Primo, itaque in prædicta forma exprimi debet actio ipsius Ministri, ut docent D. Thom. q. 66. ar. 5. & Scot. l. c. de tertio, & jam diximus qu. 2. cit. num. 51. five exprimat per verbum activum, ut sit à Latini, five per passivum, ut sit à Græcis, & sumitur ex illo Matth. ult. cit. Baptizantes eos, &c. ubi exprimitur actus ille baptizandi, & ratio est, quia Baptismus est Sacramentum in usu consistentis; in Sacramentis autem in usu consistentibus exprimitur actio ipsa Sacramentalis; tum etiam quia in colatione baptismi duplex intervenit causa, una principalis, quæ est Sancta Trinitas, alia instrumentalis, quæ est minister baptizans; ergo in forma baptismi utrumque exprimi debet, & Trinitas invocata, cujus nomine, auctoritate, & virtute fit baptismus, & exterior actus baptizandi, qui fit à Ministro. Undè Alexander Tertius c. 1. de baptismo, & ejus effectu dicit, quod si quis puerum per in aquam immeriserit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & non dixerit, Ego te baptizo, non est Minister Theolog. Mor. al.

puer baptizatus, & in hoc etiam sensu Eugenius Quartus in Conc. Florent. cit. explicat sensum forme Græcæ. Baptizatur talis servus Christi hoc est, subdit Eugenius baptizetur manibus meis quibus aperte indicat in forma, quam prædixerat, implicite sub intelligi manibus meis, unde saltem virtus actor exprimitur actio, ut à Ministro. Quare putandum non est, ut diximus l. c. Græcos allam assumptis formam à Latini, quasi actionem Dei dimittaxat, non autem Ministri instrumentaliter designari vellent; sed indicativum modum neglexerunt, ut denotarent Ministrum totum opus, ut causam principalem non perficeret, nec sibi nomen baptismi arrogare posses, quia per verbum indicativi modi, quo utuntur Latini, videbatur eis animum dari quibusdam putandi, non actum operis dimittaxat, sed omnem etiam effectum baptismi principaliter à Ministro mandare, unde ad tollendum hoc schisma inter eos ordinatum fuit, aut Minister non exprimeretur in propria persona, nec actus baptizandi indicativo modo exprimeretur, sed operativus, quæ etiam de causa Doctor loc. cit. ait verbum illud Baptizetur in forma Græcorum non esse imperativi modi, ut vult Recentesiores, se optativi ad significandum non esse Ministrum, qui virtutem det baptismo, sed Deum, illum verò desiderare tantum, & orare Deum, ut virtutem baptismi conferat, quia imperativus modus auctoritatem Ministri designat, non sic deprecativus.

27. Secundo, requiritur etiam necessitate Sacramenti, ut diximus loc. c. ut in forma baptismi exprimat persona, quæ baptizatur, ut patet in utraque forma Latinarum, & Græcorum; per illud verbum Te in forma Latinorum, & talis servus in forma Græcorum, ut hoc modo explicetur distinctio inter personam baptizantem, & baptizatum, quod ad valorem baptismi necessarium est, quia nemo seipsum baptizare potest. Non ita tamen opus est exprimi personam baptizantis directè, baptismus enim forma Græcorum consistit ministratus validus est, ut constat ex Concil. Florentino cit. & tamen in ea forma persona ministri baptizantis directè non exprimitur. Ità Scoto loc. cit. de tertio, ubi ait, quod licet suspicentem necesse sit in forma baptismi exprimere; ministrum tamen non est necessarium aliquo verbo exprimi; unde non solum, si prætermittatur by Ego, & dicant Baptizo te, ubi in ipso verbo satis includitur persona Ministri, sed etiam nec in ipso verbo explicetur, ut patet in forma Græcorum, adhuc persicitur Sacramentum. Dices hoc repugnare præcedenti asserto, in quo diximus exprimendam esse actionem Ministri, quæ exercetur circa eum, qui baptizatur. Hanc instantiam præclusimus loc. cit. negando assumptum, aliud enim est exprimendam esse in forma actionem, quæ exercetur circa eum qui baptizatur, aliud verò exprimendam esse personam Ministri baptizantis; item aliud est, non esse necessarium directè exprimere personam ministri, & aliud est debere directè, & explicitè excludi, primum quidem asseruimus, non secundum, non enim valeret, si quis diceret, baptizat te Christus, & non ego, quia illo ipso modo dicendo baptizatur te Christus, debet implicite, & indirectè subintelligi, baptizat te Christus per hoc meum ministerium, five per meas manus, ideoque non debet hoc excludi directè per aliam contrariam negationem, si enim talis exclusio ferret dicendo, baptizat te Christus, & non ego, profecto non baptizaret, quia intentioni Christi, & Ecclesiæ adversaretur, sed si illa non fiat exclusio, etiam si directè persona Ministri non exprimat, sed tantum persona Christi, adhuc est forma sufficiens, quia Christus intelligitur per suam ministrum baptizare, & in hoc sensu Eugenius Quartus in Concil. Florentin. explicavit sensum forme Græcæ Baptizatur N. servus Christi, &c. ut supra dictum est.

28. Tertio præterea, ut docent D. Thomas, & Scoto loc. citat. & est communis Theologorum sententia, ad valorem Baptismi necessaria est expressio, & invocatio Sanctissimæ Trinitatis sub unitate Deitatis, quod significatur illo verbo in nomine, unde, Sanctus Hieronymus super cap. 4. ad Ephel. ait non baptizatur in nominibus Patris, &c. sed in uno nomine, quæ intelligitur Deus, & Aug. lib. 3. contra Maxim. cap. 32. inquit confiteri baptismum, non in nominibus, & quia tres unum sunt. Exprimitur etiam debet explicita, & distincta prolatio, & invocatio trium personarum SS. Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac constat ex citatis Christi Domini verbis: Baptizantes eos in nomine Patris, &c. tum ex Conc. Lat. 2. c. Firmius ex D. Aug. loc. c. Leone ep. 4. Cypriano ep. 63. ad Jubanum, & aliis Patribus. Ex quo Theologi communitè deducunt eum invalidè baptizari, quia his formis uteretur, ego te baptizo, non exprimitur nominatim tres Trinitatis personæ, quarum explicita expressio ad valorem Baptismi necessaria est, & non sufficit implicita

Dices ab initio nate in Ecclesia administratum fuisse ab Apostolis baptismum in nomine Jesu Christi, ut habetur pluribus in locis Actuum Apostolorum. Huic infantie late satisfecimus I. c. quare ex ibi dicitur respondetur, vel id fuisse permissum Apostolis a Christo Domino specialiter dispensatione, ut magis eo tempore Christi nomen innotesceret, ut inquit Doctor loc. cit. non tamen permissum non esse, sed quod cessaverit causa talis dispensationis baptizandi hoc modo: Ego et baptizatus in nomine Patris, & Spiritus Sancti, ut explicat, Sanctus Cyprianus Episcopus 73. ubi exponens, Sancti Petri verba Adorum 2. Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu sic ait, Jesu Christi mentionem fecit Petrus, non quasi Pater omittatur, sed ut Patri quoque filius adingeretur.

Qui baptismum iterum contulerunt euidam jam probrata etate, qui semper femina existimatus fuerat. Ad rationem in oppositum neganda est paritas de Matrimonio, & Baptismo, aliterque Sacramentis, quia Matrimonium contrahens hic nunc cum tali persona particulari contrahere intendit, & secundum conditiones individuas; at baptizans, vel alia Sacramenta administrans nec respicit, nec respiciere debet personas particulares, sed eundem conditiones individuas, sed personam praesentem, qualemque sit, conditiones solum necessarias ad consecrationem Sacramenti considerare debet, ut valde confertur.

ARTICULUS PRIMUS.

Quis possit baptismum conferre, & administrare.

Primò, ut jam diximus disp. 2. cit. q. 3. quamvis soli Presbytero ex officio, ex vi ordinis, & consecrationis ministrare baptismum incumbat, & Diacono etiam ex vi ordinis, & commissionis Presbyteri, & Parochi, ut docet Doctor Thom. q. 67. a. 2. in casu tamen extreme necessitatis pueri, vel periclitantis quævis persona humana rationis particeps vir, aut femina, fidelis, aut infidelis, non solum valide, sed etiam licite baptizare potest, dummodo possit alium abluere, & legitimam formam proferre cum debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, ut docet Scot. a. d. 6. p. 1. & licet antiquis temporibus multis etiam Ecclesia Patribus hic punctus fuerit dubius; modo tamen abique erroris periculo negari non potest, cum id fuerit expresse definitum ab Innocentio Tertio in Concilio Laterano, c. hinc de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ab Eugenio IV. in Concilio Florentino in decreto fidelis, cuius rei congruentia est maxima huius Sacramenti necessitas, ob quam oportuit valide à quavis persona humana habente prædicta requisita valide ministrari posse, & hæc ratio ait D. Tho. qu. 67. cit. a. 2. a. 1. quod si Christus Dominus institutum fuisse, ut nimirum Sacramentum ad salutem simpliciter necessarium, seu necessitate mediæ à quocumque homine in casu necessitatis valide, & licite conferri posse, dummodo non addit alia persona dignior, unde in casu necessitatis docent communiter Doctores ordinem hunc esse servandum, ut dignior minus digno præferatur; ordo autem dignitatis, & Prælatio hic est. Primò Sacerdos, deinde Diaconus, postea Subdiaconus, postmodum iniciatus Minoribus Ordinibus, inde habeas primam tonsuram, ultimo laicus, & inter hos vir præferatur fornicia, fidelis autem fornicia præferatur viro infideli, atque ita præsentem Sacerdote non baptizat Diaconus, præsentem viro baptizat femina. Ad hunc etiam communiter DD. apud Laym. c. 7. de Baptismo hunc ordinem invertitur, interdum esse peccatum mortale, & quandoque veniale tantum; mortale quidem dicitur esse, si præsentem Sacerdote Laicus, aut inter inferior Clericus baptizare præsumeret; veniale vero dicitur, si præfatus ordo invertitur inter alios Clericos inferiores, & Laicos, vel inter virum, & mulierem; imò nullam fore culpam, si aliqua adit rationabilis causa invertisio istius ordinis, vel quia obliuiscitur melius, & certius invertisio huiusmodi callet, vel quia virum accedere non deest ad puerum baptizandum nondum omnino ex utero matris editum. Cum autem dicitur quælibet hominem in casu necessitatis non modo valide, sed etiam licite ministrare posse, hoc est intelligendum abque solemnitate, id est, abque egermonis illis, que ex præcepto Ecclesie in collatione baptismi adhiberi solent, etenim si Laicus egermonias illas surparet, mortaliter peccaret, & irregularis fieret, ut habetur c. si quis extra de non ordinato ministrante.

que significativa, & causativa talis effectus se habet, multiplex. Ità discutimus l. c. cum Doctore, quem dicendi modum communiter recentiores sequuntur ibi citati, ubi alia plura vide ad hoc spectantia.

QUESTIO TERTIA.

De Ministro, & Sufceptore Baptismi.

Minister Baptismi proprie intelligitur ille, qui baptizat, qui hoc Sacramentum confert; duplex autem est hic baptismini minister, vel administrator, primus dicitur minister, solemnitate, cui nimirum competit ex officio hoc Sacramentum cum debita solemnitate ministrare; alter vero dicitur minister necessitatis, ad quem non spectat ex officio, sed vi sui muneris, sed tantum ob necessitatem de se dicitur huius baptismum administrare. Item suscipere baptismum dicitur illi, qui baptizatur, non solum adulti, qui sua sponte, & voluntate baptizari, petunt, & consentiunt, sed etiam infantes, quibus nihil de hæc cognoscibus confertur baptismus. De his igitur tractandum est in præfati quaestione.